



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Natales Sanctorvm Belgii, & eorundem Chronica
Recapitvatio**

Molanus, Johannes

Dvaci, 1616

Dominica die ante natalē sancti Baptista.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9477

se, secundum Abbatem Virspergensem. Nec id a-liter intelligendum est quāni de Ultraiectō, cūm in Catalogo episcoporum Tongrensum, & demum Traiectensium ad Mosam nullus inueniatur hoc nomine annotatus. Ex quo clare liquet apud Ultraiectum ab antiquo fuisse Sedein Episcopalem, licet nomina & series Pontificum nobis per desolations barbaricas sint incognita.

Dominica die ante natalē sancti
Baptistæ.

De S. Alena virginē & martyne Foresti.

Ex historia Foresti manu-scripta.

*al. Hale-næ.

IN Foresto, sanctæ *HELENÆ, virginis & martyris, quæ Lewoldi regis gentilis filia vni-ca, iussu patris martyrium tulit, post mortem tot clarens miraculis, ut illis excitatus patet, fidem Christi, baptismi gratiam, simul & peccatorum veniam acceperit. Floruit tempore beati Amandi episcopi, filia vnicca prædicti regis. Vnde cūm no-
tu Forestum clanculum ex more iret ad eccle-siam, furtiuas preces Deo fusura, iussu patris gen-tilis deprehensa, in via violenta brachij extractio-ne palmam martyrij est consecuta. Cūm autem capla sanctæ virginis sic confracta esset, vt sacra eius ossa conspicerentur, nè quid inde eriperetur, ex ecclesia quæ sanctæ Halenæ dicitur, translata est ad cryptam matricis ecclesie, quæ est sancti Dionysij. Cæterum Godscalcus, abbas Affligni-ensis, anno millesimo centesimo nonagesimo ter-tio ex crypta retulit sacras reliquias, & populo ex-hibuit:

hibuit: in qua ostensione multi sanitatem recuperarunt. Instituit etiam festum eius celebrandum Dominica die ante nativitatem Præcursoris Domini. Est autem Forestum, Vorst ad Sennam opulentissimum sanctimonialium Ordinis sancti Benedicti monasterium, apud Bruxellam, diœcesis Mechliniensis, vbi historia exstat latinè manuscripta, & Teutonicè excusa. Ceterum Leuoldus in regeneratione Haroldus dictus, rex fuit aut regulus vel princeps, in Dielbeca & circumiacenti regione. Vbi cum coniuge Hildegarde sic de virtute in virtutem ascendit, ut yterque in vita & post obitum mira sit operatus, humili in ecclesia Dielbecana, quam ad honorem beati Ambrosij construxerunt.

Die decima octaua Iunij.

De martyrio beatæ Mariæ dolorosæ.

*Ex libris Rubeæ-vallenfis monasterij, quod est
in parochia Woluënsi.*

IN pago Brabantino, in parochia sancti Petri Woluënsis annuensarius dies sanctæ Mariæ virginis, quæ dicta est dolorosa.

Hæc à Domino consecuta est triplicem coronam, voluntariæ paupertatis, castitatis, & martyrij. Cum enim votum paupertatis voluntariæ & perpetuæ castitatis adornata, per annos multos panem suum laboriosè manducaret, contigit impudicum virum eam adamare: & cum castitatem suam quam Deo & beatæ Mariæ voverat, pollui non sinebat, is virginem de furto argentei scyphi falso accusavit, & tantum egit apud villicum, ut innocenter sit terræ defossa, & sude transverberata, circa annum millesimum ducentesimum nonagesimum. Quanti autem meriti sit apud Deum testantur miracula. Nam & ante mortem, pro visitaturis memoriam